

6. Zuweilen vorkommende Doppelsporen.
7. Umwandlung der Sporen in Stemphyliumkörper.
8. Sporenkeimungen.
9. Ein junges Räschen von Cladosp.; aus den sekundären Sporenzellen der Stemphyliumkörper entstanden.
10. Aggregate solcher sekundärer Sporenzellen.
11. Spermation, 250 f. Vergr.
12. Dieselben 550 f. Vergr. — d. aus ihnen hervorgehende Spermatische Fädchen.
13. Spermogonien von Cladosp. Fumago Lk. mit der Loupe betrachtet.
14. Vollständige Räschen von Clad. Fumag. — nat. Gr.
Sämmtliche Figuren, deren Vergrößerung nicht angegeben, sind bei 250—300 f. Vergr. aus freier Hand gezeichnet.

15. Stilbum Rhizomorparum Ces.

Sphaeria Leveillei D N. et Montagne flor. d'Alger non Tulasne in Ann. sc. n.

(Syn. — *Sphaeria erebia* Ces hb. et in specim ad amic.

Sphaeropsis conica Leveill. in Dëmidoff roy. Crim.

Diplodia conica Ejusd. in Ann. sc. natur.

Per humanissimas literas de die 25. Oct. nunc elapsi celeberr. Montagne speciem me docuit, quae primo nota e Chersaneso Taurica, serius in Algeria reperta, nunc editur a me lecta in vetustissimae Quercus ligno nigrefacto et duro e collibus circa Brixiam Cenomanum s. longobardicam! Nitida species, nullimode ad genus *Diplodiae Fries*, si genus ad mentem Auctoris celeberrimi (Summ. veg. Scand. p. 416) nec non praeclarorum ejus commentatorum **Montagne** (Ann. sc. nat. I. 302), **Desmazières** (l. c. X. 311) et **De Notaris** (Microm. Dec. IX. p. 23) sumatur, trahi potest cum clariss. **Leveilleo**, cui facum fecerunt sporidia bilocularia, sed cum cel. **Montagne** Sphaeriis restituenda, quia ascis genericis, esti cito deliquescentibus, praedita. Hinc speciei homonymae a el. **Tulasne** serius editae, et a nostra omnino diversa, nomen mutandum foret, quod in honorem praeclari Auctoris proponimus:

Sphaeria Tulasnei Ces mss.

(*Sphaeria Leveillei* Tul. non D N. et M.)

Specimina praesentis speciei lecta fuerunt aestate 1846, in cavitare trunci quercus vetustae ad lignum durissimum nigrefactum, in collibus ad Urago Mella prope Brixiam longob.

Cesati.

Hypoxylon coccineum — Bull. Fr. summ. 384?

In montanis alpretribus provinciae Bugellensis (Pedem.) ad Fagos Castaneasque. Aug. m. 1854.

Cum hoc nomine a diversis mycologis discrepantes formas receperim, haec nostra specimina analytice examinare liqueat, ut de recta eorum sede iudicium ferant magistri. — Singula individua, etsi confluentia, primitus semper ex applanata basi globosa in stratu suberoso corticis oriuntur, unde epidermidem perforant. Prima aetate cortice miniato obteguntur, innato persistenti, qui serius fuscescens, imo albidus fit rimosusque; nisi in fungo valde adulto totus fere nigrescit. Stroma quidem nigrum, nitens, radiatim fibrosum molliusculum; sed pyrenia minuta oblonga compressa peripherica, collo nullo instructa, crassa, nigra nigraque pulpa farta, reapse nidulantur in stratu cinereo a extero stromate acute distincto. Scobes externa esti jam dealbata intus constat vesiculis fere sanguineis; quod iam lente simplici in crusta caesa dignoscitur, optime confirmatur exploratione ope microscopii compositi. Nucleus constat ascis numerosissimis perfecte linearibus, basi in pedicellum producta, angustis, $6\frac{2}{500}$ – $6\frac{5}{500}$ mill. longis, sporidia octo uniseriaria, subovalia, fusca, homogenea, nucleolo obscuriori, $\frac{5}{500}$ mill. circa longa continentibus. **Cesati.**

**Sphaeria insitiva Tode-DN. microm. ital. Dec. VII.
H. l. c. Jcon.**

Diplodia viticola Desm.

Sphaeria (Cytispora?) *Vitis* Schwein?

Ad ramos exsiccatos *Vitis* viniferae per totam Italiam superiorem.

Num singula tantummodo species, nunc omnes enumeratae sociatim in eodem ramulo v. virgulto occurrunt, ipsa Pestalozzia pezizoide adjecta, quae autem magis rara, et in speciminibus, quae adferimus omnino deest. — Vix nisi microscopio composito species, imo dicam genera diversa extricanda, quae ad illustranda, uti pro nunc per me fieri possit, observationes meas reddam. — De genuina *Sphaeria insitiva* nullum dubium extat post optimam adumbrationem apud Notarisium, praeclarum pyrenomycetum indagatorem, qui etiam de discrimine inter hanc *Sphaeriam* et *Diplodiam viticolam* (Desm.) dixit (l. c.); complementi causa addam, haud raro hujusne pyrenia in veras pustulas confluere; semper forma et dimensiones sporidiorum utriusque discrimina statuunt cum defectu ascorum et paraphysum. Sporidia *Sph. intivae* didymo-bilocularia, ovalia $\frac{6}{500}$ – $\frac{8}{500}$ mill. longa; *Diplodiae* illa lineari-oblonga, $\frac{12}{500}$ mill. longa; in utraque quodvis loculum sporidiolo fartum. — Num *Sphaeriae Vitis* no-

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Hedwigia](#)

Jahr/Year: 1855

Band/Volume: [1_1855](#)

Autor(en)/Author(s): Cesati

Artikel/Article: [Hypoxylon coccineum - Bull. Fr. summ. 384? 70-71](#)